



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

229. feria 6. de mortificatione Tactûs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

412 *Feria 6. Domin. 8. post Pentecost.*
minus meus semel tantum legitur super cer-
vical dormivisse, cæterum non habuit, ubi
caput reclinaret, præsertim in Cruce. Circa
vestitum autem quantas passus est divexa-
tiones, quantos in corpore labores, & dolo-
res! Quidquid poenarum supra culpam tu-
lero, cedet in augmentum meriti.

MEDITATIO CCXXIX.

Feria 6. Domin. 8. post Pentecost.

De mortificatione Tactûs.

Vldebo Dominum meum crudelissimis
manibus asperrimè tractatum, vulneri-
bus rotundis, angularibus, & oblongis di-
laniatum. Petam gratiam me circa tactum
mortificandi.

Conf. 1. Majus virtutis studium ad ma-
jorem cum Deo unionem vergit: tantò igitur
major mortificatio tactûs requiritur,
quantò magis DEVS, qui Spiritus est, ab-
horret ab omni corporeo.

Conf. 2. *A licitis abstinemus, ut quæ com-
missimus illicita, nobis condonentur, inquit D.
Bernardus serm. 4. Quadri. Et D. Greg. ait:
Qui commisit illicita, à licitis abstinet. Hom:
34 in Evang. idem aget, qui sanctè odit
animam suam.*

Conf. 3. Actiones ejus sunt 1. quæ minus
honestæ sunt, ita quoad usum hujus sensûs
cogita-

Sabb. Domin. 8. post Pentecost. 413

cogitare, ac si mihi essent impossibilia: Ac potius omninò ea non cogitare, sed à momentanea etiam, si potuero, apprehensione repellere. 2. Me ipsum adhuc in partibus honestis corporeis sine manifesta necessitate non tangere. 3. Alterius manum, aurem, caput, vel brachium, nisi evidens necessitas adsit, nullo modo contingere. 4. In vestibus, & lecto soli necessitati providere. 5. Ea, quæ coram me sunt, ad curiositatem non tangere, sed, nisi necessitas aliud postulaverit, manum quietam continere.

MEDITATIO CCXXX.

Sabbato Domin. 8. post Pentecost.

B. Virgo mortificationis Magistra.

Videbo B. Virginem moribus Filio DEI simillimam, & alteram imaginem Christi, Petam eam imitari.

Conf. 1. Fructum Redemptionis in B. Virgine magis redundantem, fuisse causam Mortificationis perfectæ magis, quàm in quocunque alio Sancto: juxta D. Bernardum: Epist. 17. Quod vel paucis mortalium (ut Hieremia, Joanni Baptistæ, &c.) constat fuisse collatum, fas certè non est suspicari tantæ Virgini fuisse negatum. Minimi navi pliea sunt, quæ ab amplexu dilecti arcent.

Conf. 2. Quàm feliciter B. Virgo affecta